Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



opidum Ybrensis patauiensis diocesis in fluuium cecidit.
ac mortuus inde post horam tractus. voto per patrem
leopoldo emisso. anno sexto eiusdem pauli reuixit.
Margareta quedam patauiensis diocesis affirmat quod anno
millesimo quadricentesimo septuagesimo primo. in
die cineres quidam eius filius laurencius nomine infancia
egressus in danubium cecidit. et putantibus illis qui
pueri casum audierant lapidem vel canem in fluuium
cecidisse. per horas duas in aqua submersus stetit. et
tandem inuentus est mortuus. re audita mater acurre
ns. vbi filium exanimem comperit ad vota precesque
confugit. inuocatoque leopoldi beati presidio. spiritum
vitalem recepit qui erat mortuus. et vite restitutus una
cum matre et multis assistentibus deo optimo ac diuo
leopoldo gracias egit. posteaque pluribus annis superuixit.
Tu autem. Responsorium. Et si sanctus nr no celibatu sed freti
sit iuuenis fructu tn ple solennissima compensauit. cecam iuuenis
iam factum non dulcedo replauit. sed presencia sua et matris
sue vtique vgnui. et singulari ipm miraculo xps dns honorauit
applauit confirmauitque. ℣ Erant aut ambo iusti ante dominum
de merito et eius vrore canit euangeliu. Et sim. Lectio Sexta.
Illuminans altissimus micantium astrorum globos. ad
preces sanctorum quoque suorum cecos illuminare. vt gloria
celestis in illis manifestet nonnunquam dignatur. Lucas taber
nam hospitariam in neuburga claustrali tenens. ceu
or annis oculis captis visu caruit. tandem anno millesimo
quadricentesimo septuagesimo mense iulij ad tumulum
sancti leopoldi accessit. ibique orone per eum deuotissime
facta. presidio ipius scti limitis oculis visum ilico rece
pit. Itidem et brigida diocesis patauiensis. que quatuor
mensibus oculorum visu caruerat. et georgio tolmingen.
qui per mensem ceco fuerat euenit. Paulus quidam
neuburgensis. a tercio anno vsque ad decimum octauum
auditu et eloquutio caruit. intercessione bti leopoldi
anno millesimo quadricentesimo septuagesimo nono
mense maij voto sancto leopoldo facto. audiendi et lo
quendi vsum recuperauit. Thomas quidam a surdi
tate meritis leopoldi extitit liberatus. Katherina